

AD LECTOREM V. FABRITIVS CAPITULO.

48.)

Gratia Christi tecum, bone lector, si quid vacat ex nigris auri seri-
 am prope tragediam Cephalo petente & winglium literis oravi,
 disputationis Badenensis exitum nobis describeret. Verum causa fu-
 it, cur inopinanti mihi alia quoque, in calamum influerent. Nam
 abitione constituta, et jam parante me seriptione intervenit,
 qui morderet consilij D. Johannis Fabri, predicatoris et sollicitatoris
 etc. Illustriss: Archiducis Austriae FERDINANDI, nempe hominem
 adfore conventui Helvetiorum a peracta disputatione, tum cogenda
 Badenensi, instructum rumusculis hinc et hinc jactatis, quibus esset
 animos tamen additum male volentibus, atque ademptum mediocriter
 affectis rei Christianae. Ex parvo enim momento, aiebat res interim
 constare maximas; Proinde omnium in tempore admonendam
 Guingliam, quod hic fama sit divulgatum, quantum defectionem
 Casaream seductis illi procurarint, quantum constantiam a fidei
 superfit et id genus. Itaque, non proposito argumento, tanquam co-
 ram in finem omnia esitarem, ut quidvis in bacam venerat, si-
 ne ordine de ejusmodi consilio nonnulla descripsi. Quorum lectio-
 nem nisi familiarissimo, concredidisse equidem nemini, non
 quod vererem hinc orturum aliquid periculi. securum enim est,
 nigris divulgatis, obstrepere patienti amico, cui uni scribebam.
 Sed propterea de opprimendo cogitabam, quia ineptiora plerumque
 videbantur, quam quae caram lectorem morari possunt, meo
 quam quibus fratrem nostrum Guinglium aliquantulum detinen-
 dum putarem. Atque volente Domino nuncius ad hoc conductus abiit,
 forte interceptus prope Baden literas omnes prodidit; adjunxerunt
 enim Farelly et Becolampadij suas. Faber tanquam vir bonus eas
 obsequatas in manum habuit. Nam suam telam perfectam iterum
 huc irreperat. Ex decreto Helvetiorum, si ipse vera narrat, factas
 Germanicas, vitiatas, et inversas, detortasque, interim in contrarium
 sensum, proter officium boni viri perfidissime publicavit, adje-
 ctis glossulis, quibus attestatur, me scripsisse, quod et quo sensu nunquam
 quicquam vel cogitarem scribendum. Quare opera pretium videor
 facturum, quia suas in me contumelias, abiecit vultu auri, ut et

Epistolam illam, ut ait incepta est pariter faciam publici juris, quo
sit integrum cuiuslibet iudicio de utroque constituere. Nam in-
dignum bono viro scripsi nihil, sicut ille bonis omnibus execranda
omnia in me designavit. Exemplum a Senatu Helvetiorum in-
terno constituto nactus sum, quod annotationibus adiutum, ut
reditum est, edidi. Nam illegibili caractere, occupata ac festinabun-
dis pinxisse videor, adeoque, qui descripserit, parum quod scriptum
erat, assequeretur, aut certe parum castigata fortassis ipse scri-
psi. Verum equidem nullam sententiam sciens dissimulabo, quin
profitebor libere, quod praeminus tanta auctoritatis exemplo
commodè diffiteri possem. Deo nihil horum pudeat, quae in aures
amicas vel temere insusurravimus. Sed licet interim accedat, quod
in posterum ad edificationem omnia magis apposite tentabimus.
Etenim magis innocentiam haud possumus, quam hoc sint in-
nocentissima, Deo inquam atque optimo quique teste ac iudice. De-
missimus proterea Epistolas duas, quibus Fabianum disputatorem
agentem apud Helvetios ad arenam provocavimus, pie nobis super
doctrinis controversis experturum. Quae fide autem rejecerit nos,
infra exponam. Tu lege, cognosce, et pro innocente pronuncia.
Vale Argentina 2. Augusti. Anno 1526.

49.

MAGNIFICO VIRO D. D. JOANNI FA-
brro Constantiensi Canonico et agentis modo in Ba-
den, Domino et amico observando Canonicores et
fratres Urbis Argentinae.

Gratiam Christi et aignitam veritatem libere profiteri, optamus
tibi a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo, Faber magnifice
libelli tui circumvolitantibus quibus tibi, tanquam de superato tui-
glio vehementer applaudis, cum pollicitatione, secura de nobis omni-
bus expugnandis, qui Christum concordii spiritum per Germaniam
pure docent. Exultant immodicè, qui tua probant et infirmi,
nescio cuius eventus expectatione in suspensio tenentur, quasi aliud Evan-
gelium quam nos praedicemus, esse possit. Verum novis Dominis, quorum
suis sint, quos aera tam evanidi rumoris non commovet. Nemo enim
eos de manu Patris avellat. Anno superiore similis rumor de te, ut no-
biscum congregandi potestas fieret, affectante, Ecclesias nostras late per-
vagavit, quem strenuè quidem dissimulavimus, quod tum verosimile neu-
liquam videbatur, te revera id esse acturum, quod magnificis verbis pra-
te serabas. Postquam in Dachstein, audiente Episcopo Argentinaensi
Illustri Principe Georgio Dux Brunsvicensis et Generoso Comes
Ludovico de Hoënloë et nostri copiam, et publicam huius urbis se-
curitatem, haud quaquam te desideratorum seris affirmarint,
imò episcopi per se curaturos, suapte sponte receperint, neq. tamen
ut nobiscum experiri velles, persuaderi potueras. Tanto opere amat
factis tua non tam disputationem, quam fucum disputationis, no-
bis verò veritas potissimum cura est, quos quidem veritas vere
liberos reddidit. Pari sententia transmissimus invidiosè, quae ab